

inventum tuum, in *Physiologiâ* datum, de spiritibus animalibus.

Plantam *Guanabani* s. *Mathiolo-ramulum* non agnoscō, nec credo esse aut *Guanabanum*, aut *Mathiolam*; erit procul dubio distinctum genus; sed flores non erant perfecti, ut quidquam de iis divinare licuerit.

Si tua *Reaumurea* sit data, meam suffocabo; si tuam revocāsti, tu meam propone ut tuam, quam tibi dudūm obtuli; non ego falecm in amici agrum immittam.

Accepi litteras nuper à Seguierio refertas rarissimis omnibus plantis Montis Baldi, à quibus summum animi oblectamentum hausī, et adhuc haurio.

Lycium vestrum debet habere baccam ovatam luteo-rubram; quæso, ad D. Segnierium litteras mitte.

Nullas litteras à D. Manetti habeo, ut nesciam utrū sim inter ejus socios receptus, nisi quod ipse ad me scripsisti *.

* Linné devait recevoir avant la fin de cette année la nouvelle de sa nomination, comme Membre correspondant de l'Académie de Florence, avec une lettre de Manetti, son sougueux antagoniste, qui lui témoignait de vifs regrets de sa conduite passée.